

ratusos coram sancta ipsius humanitate genua flexisse, & ad Filium David preces suas dircxisse: immo universam militiam cælestem, Agno qui occisus est, detulisse virtutem, divitias, sapientiam, fortitudinem, honorem, gloriam & benedictionem: Phil. 2,10. Matth. 20, 31. Marc. 10, 47. Luc. 18,38. Act. 7,56. & 59. Apoc. 5, 12. & 13.

128. Faceſſat ergo impia Danæi vox, humanam Christi naturam, adorationis & religiosæ fiducie, quantumvis in unione personali constitutam & permanentem, minimè participem esse, blasphemore aſſerentis: Cui atheismo, ut & toti Calvinianæ abominationi anathema dicimus, in nomine Domini nostri Iesu CHRISTI, cui sit omnipotentia, omniscientia, gloria & adoratio seculis infinitis. AMEN.



## DISPUTATIO IX.

DE OFFICIO CHRISTI  
SACERDOTALI, ET STATV  
ejusdem humiliationis.

## THEISIS I.

**P**riorem articuli tertij Confessionis Augustanae partem, quæ fuit de persona Christi